



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Ioan. Crombecii Societatis Iesv Presbyteri De Studio  
Perfectionis Libri Dvo**

**Crombecius, Johannes**

**Mogvntiæ, 1614**

XXXVIII. Quanta merces singulis operibus reddatur, & quot gradibus gratia  
ac virtutes augeantur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51132](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-51132)

*Quanta merces singulis operibus reddatur,  
& quot gradibus gratia ac virtutes  
augeantur.*

47. **V**Num superest, quod supra modum sitim & auaritiam nostram spiritualem potest acueri: nimirum, *Quanta ex singulis actibus gratia fiat accessio: quot gradibus virtutum habitus augeantur.* Quæstio difficilis, utilis tamen, & magna curiositate sancta, & æmulatione religiosa.

*Ad augmentum gratia plurimum valent operum praestantia, ac feruor seu intensio.*

*Omnis actus iusti, et si remissus, auget gratiam ac habitum virtutis. Probat. 1.*

Ad hoc lucrum faciunt plurimum duæ industriæ, quas in operum virtutumque praestantia, in ardore ac intensione constituitur non enim omnium virtutum fructus est æqualis, alioquin earum nulla esset alia dignior. In lucro tria quoque consideranda sunt: gratia augmentum, accretio habitus aut virtutis denique gloriae reposita merces. Pari præmio gratia & gloria præmium sese comitantur, tamen æqualitas est in habituum accretione quoque in actionis intensione ac feruore contra controuersiam est, remissa intensiore meliorem, effectumque producere auctiorem quantumlibet tamen actum remissum, aliquando efficere: vnde qui dat eleemosynam ex pietate, sine magno feruore, (quis enim, humiliter modi opera externa dum peraguntur, semper



incendit ac dilatat interius animum, vt cum magno feruore fiant: vt quando Martha seruebat Christo, aut vidua illa dabat (sua minuta duo, formentra de feruore cogitabat, sed bono affectu faciebant) qui, inquam, sancto proficiendi desiderio Deo aliquid largitur, etsi non ferueat quantum potest, augmentum gratiæ ac gloriæ acquirit.

Luc. 10.  
Luc. 21.

Crescit etiam virtutis illius habitus, etiam si nonnulli aliter sentiant. Quid enim id impedit? Verbi gratia, obsequium Marthæ cū magna sollicitudine & distractione factum, pio Christi placendi studio, habet omnia quæ requiruntur ad opus meritorium, tum ex parte operantis, tum ex parte operis, tum ex parte illius cui obsequebatur. Diligebat namque Christus Mariam, Martham, & Lazarum. Constabat ergo inter ipsam & Christum amicitia vinculum, quæ prima est meriti condicio. Opus Christo gratum erat, auctore D. Augustino. nam dicens Mariam elegisse optimam partem, innuebat etus quoque esse bonam: cooperabatur enim operi redemptionis; & recipiens Prophetam in nomine Prophetæ, mercedem Prophetæ accipere merebatur. Opus quoque liberum erat. Non cogebatur Martha seruire; hospita erat, & gaudenter Christum excipiebat. Illud quidem notetur: lubenter vidisset sororem suam iuniorum simul manus operi admouere. Denique ita pacisci Deus nobiscum voluit, ac promittere, ut qui potum aque frigidæ dederit vni ex suis minimis, non perditurum mercedem. Quis ergo

Abulensis  
& Conradus.  
Ioan. 11.  
Meriti conditiones.

1.  
Dei amicitia.

2.

Opus bonum  
& supernaturale.  
Serm. 27.  
de verbis Domini,  
post medium.

Matt. 10.

3.  
Opus liberum.

4.

Promissio Dei.  
Matth. 10.

ergo



ergo dicit Martham ita distractam variis curis, vt solent hospite in hospitum variorum aduentu, vel cogitasse de illa animi contentione conatuque interno, vt is habitum Caritatis excederet, alioquin nihil promeritam in Christo excipiendo? Quis eam docuisset hanc doctrinam, cum nec ipsi Apostoli adhuc rudiores subtilitates has intelligerent.

*Probatur.* Philosophi de hac doctrina sentiant quod velint: actibus naturales habitus generari ac crescere nullus diffitetur: at habitus supernaturales non sic generantur, vt causa sola efficiens fructus, sed infunduntur diuinitus, & meritis accrescunt etsi morali quodam modo actus nostri Dei gratia & auxilio adiuti requirantur. Si ergo actus aliquis remissus eliciatur, qui meriti conditiones habeat: sine temeritate negari non potest esse meritorium, & si non nihil ex crescit plusculum amplius meritorium, quia meliora priora, & sic deinceps. Secundum ergo omnes suos gradus erit meritorium, quia omnes illi gradus sunt eiusdem nature & condicionis, & vni bonum opus efficiunt.

*Quaratione habitus augeantur dupliciter gradibus operis gradus gratia respondent* Hoc tamen non æqualiter fit in omnibus gradibus operis, singuli gratiæ gradus respondeant. Priori, vt æqualitas graduum seruetur, totque gradus gratiæ reddantur ac infundantur à Deo, quot actus ipse continebat. Altero, vt vnus gradui operis boni respondeat portio aliquam gratiæ non tamen æqualis: nec tantumdem recipiat gratiæ ac gloriæ, quantus actus fuerit.

- 1.
- 2.



si actus sex gradus habeat feruoris, duo gra-  
de reddantur: si duodecim, quatuor recipiat: si  
viginti-quatuor, proportione simili octo merea-  
bitur; ita de singulis dicendum est.

48. In actibus namque virtutum, (Caritatem *In virtuti-  
bus à Cari-  
tate distin-  
ctis non re-  
spondent  
omnes gra-  
dus gratia  
gradibus a-  
ctus quo il-  
lam mere-  
mur.  
Simile.*  
incipio, de qua postea dicturus sum) ubi Deus  
super omnia non diligitur, non redditur æquali  
sed proportio illa, quam secundo loco posui  
Doctorum probabili sententia seruetur. a-  
liquin omnes virtutes essent æqualis meriti,  
quod non caret errore: videmus enim in huma-  
nis, nos quibusdam facinorib. Principes magis  
demereri, quam aliis obsequiis. Gratius est Re-  
gii hostiū expugnatio, ac fortis exercitus deletio  
quam coqui cuiusdam ministeriū, ac mensæ o-  
mnium præparatio. Sic & Deus pluris æstimat a-  
ctum heroicum ipsius causæ exantlatum, quam  
continentiam diei vnus à carnibus.

Hoc verum est quoad gratiæ accessionem  
quid de virtutum habituumque incremen-  
to. Non priuamur sane omni spe, præmioque  
percepto: nam actus quilibet virtutis auget vir-  
tutis suæ habitum secundum totam actus PER-  
CEPTIONEM, ac intensiōnis suæ latitudinem: *Crescunt  
tamen vir-  
tutum ha-  
bitus iux-  
ta actuum  
latitudinē.*  
nam et enim habet actus ipse proportionē  
in hoc augmento: si enim esset productiuus  
actus, produceret habitum sibi æqualem in  
oblecto idoneo. Meretur igitur habitum  
æqualem infundi, & eundem per actus  
augeri.

At quid dicemus de Caritate virtutum so-  
cietate. Regina, magni Regis Sponsa, quæ in eius te gratia  
*In Carita-  
te gratia*  
M m thala.



*Et habitus tantū crescit, quantum actus est quo mere-  
remur.*

*Luc. 7.*

*Sess. 6. ca. 7.*

*Rom. 5.*

thalamo commoratur? Illi hoc peculiare est, ut  
dū diligit, dum super omnia Deum querit ac cō-  
plectitur, tantum reportet siue habitus, siue gra-  
tiæ augmenti, quantum eius actus intensus fue-  
rit: primas enim inter meritorios actus ob-  
tinet, summamque cum illo præmio propor-  
tionem habet, magnaque ex parte premium in hæc  
Dilectione (ut ante testimonis Scripturæ deede-  
rauimus) consistit. Nec quæ dicimus, fundamen-  
mento carent: in iustificatione namque tantum  
quisque gratiæ recipit, quanta Dilectio, que pro-  
cessit, fuerit: non enim minus à Deo diligimus,  
quam ipsum diligamus. vnde Christus loquitur  
Simoni de Maria Magdalena, *Remittuntur tibi  
peccata tua, quoniam dilexisti multum.*  
Concilium Tridentinum. *Iusti, ait, nominantur  
quia iustitiam in nobis recipientes, vnde gratia  
sua, secundum mensuram quam Spiritus sanctus  
partitur singulis prout vult & secundum propriam  
iusque dispositionem.* Multo ergo magis  
tantum gratiæ reportabit, quantum erit  
quo aliquid merebitur. Si hostis per  
dentem iustitiam tantum consequitur,  
de filio credendum est? Similiter argum-  
tur Apostolus: *Si enim (ait) cum inimici  
reconciliati sumus Deo per mortem Filij eius  
magis reconciliati salui erimus in vita ipsius, quæ  
car: Si ante reconciliationem, dum inimici  
mus, gratia nobis reconciliationis tanta  
est, quantam Deo placuit nobis suis meritis  
largiri pro ratione nostræ dispositionis: quæ  
to magis vita eius viuentes salutis opera facta*



ECT. culiare est, r  
 querit ac cō  
 otus, sine gra  
 intensus huius  
 os aduob  
 io propom  
 emium in ha  
 ripturæ de  
 imus, fund  
 inque tantum  
 lectio, que p  
 Deo diligim  
 ristus loque  
 Remittuntur  
 exit multum  
 t, nominat  
 es, vni  
 Spiritus  
 um propri  
 o magis  
 ntus erit  
 stis per  
 equitur,  
 er argum  
 inimici  
 Filij eius  
 a ipsius  
 am inimici  
 is tanta  
 s suis mer  
 itionis: qu  
 tis opera

mus, quibus gratiam ac vitam consequamur æ-  
 ternam! Cur non liceat inferre de quantitate  
 accepta per opus huius iusti, quod de munere ac  
 mensura gratiæ à Concilio statuitur? Et sane  
 Deus pronior est ad benefaciendum, quam sit  
 ad puniendum: non punit ultra condignum:  
 mensura enim mensuram delicti mandatur & pla-  
 gatum modus. Reddet igitur & meritis nostris,  
 & maxime filiorum, quod non negauit hosti-  
 bus: & mensuram quidem (vt promissit) bonam &  
 largitam, & coarctatam, & supereffluentem.  
 Itaque illud efficitur, quod in omni opere  
 Caritatis, aut Amoris Dei super omnia: vt tot  
 gradus gratiæ accrescant, quot actus contine-  
 re: etiamsi idem non emineret supra totam  
 PERFECTIIONEM habitus. Quod si ex plenitudi-  
 ne habitus quispiam operetur,  
 actuum exerescet, quantus actus  
 erit: vt, si actionis feruor decē  
 actus continebat, addentur alij  
 decem, & habitus intenderet vt  
 viginti: si rursus idem eliciat actū  
 viginti, tota latitudine virtutis, acces-  
 set aliorum viginti, sicque  
 habitus quadraginta continebit:  
 inde octoginta, & sic deinceps  
 multiplicando. Hinc verè dicitur,  
 tantam Virginem tantum om-  
 nis meruisse vltimo vitæ a-  
 ctus, quantum tota antea acta  
 : nam vltimus actus,  
 Mm 2

Deut. 25.

Luc. 6.

Compu ta-  
 tio magna  
 mercedis  
 operantiū  
 ex tota la-  
 titudine  
 habitus.

Schema dupli-  
 cata vnitatis  
 trigesses & bi.

- 1
- 2
- 4
- 8
- 16
- 32
- 64
- 128
- 256
- 512
- quem



quem ex summo conatu ac PER-  
 FECTIONE elicit, omnes gra-  
 dus acquisitos duplicauit, ac  
 prioribus adiecit. Quapropter  
 dici non potest, quantum accu-  
 mulat studiosus virtutis diuitia-  
 rum spiritualium, qui non mi-  
 nus auare eas concupiscit, quam  
 pecuniæ perituræ sitibundus  
 helluo: si enim vel trigesies pro-  
 gressus fueris in huiusmodi ad-  
 ditione, quam putas summam  
 collegeris, vel vnus diei spatio?  
 Dici potest, vix credi potest. An-  
 no 1668. Vicepræsidi Castri Bul-  
 loniensis, mihi familiari, quidam  
 equum mediocrem vendidit,  
 quem licitanti obtulit pretio v-  
 nius grani frumenti torres du-  
 plicati, quot in equi pedib, clau-  
 erant. In singulis reperti octo, in  
 vniuersum triginta-duo. Primo  
 clauo attributum est granum v-  
 num, secundo duo, tertio quatuor, quarto  
 quinto sexdecim, & sic deinceps. Numera-  
 lo maioribus impleta est infima quædam  
 sura granis numeratis, quæ pluribus vicibus  
 pleret duodecimam partem modij magni,  
 vix homines sex robusti ferre possint. Numera-  
 trigesimus secundus & vltimus erat, duo  
 centum quadraginta septem milliones, quadraginta  
 octoginta tria millia, sexcenta quadraginta



ECT.

102  
204  
409  
819  
1638  
3276  
6553  
13107  
26214  
52428  
104857  
209714  
419428  
838856  
1677712  
3355424  
6710848  
13421696  
26843392  
53686784  
107373568  
214747136

in mensura Duacensi conficiunt quadringenta-tria millia:ducentas octoginta-quinque; quas vocant : quarum quatuor conficiunt mensuram vnam, quæ hominem sufficienter onerat, vulgo Raseriam vocant. Raseriæ vero ex his conflantur mille ducentæ triginta-nouem : quæ eisdem ducatis facile æstimantur. Care equum vendidit; nesciebat emptor alterius industriam; acceptus est. & vere nescimus pretium rei quã vendimus : nihilominus Deus gaudet decernere nobis. Quod promisit, quod pactus est, libenter persoluet, nec vel vnum granum subtrahet.

12. Si mercatoribus tales opportunitates sæpe obtingerent, putasne vel vnam prætermittent? nequaquam. Ad Indos tot maris tempestates ac procellis insani, periculis obnoxij periculant, spe mercium rariorum comparandarum eas simili periculo reuehant; & sæpe frustrati vitamque naufragio amittunt. Quid facerent, si Romam vsque tantum esset eundem? Pacificos? si Bruxellas? At in hac negotiatione peris est, si templum accesseris, vbi Sacramenta accipias: ad ianuam tuam, vel viciniam, vbi pauperes pascas & vestias; ad oratorium tuum, vbi venientissime tete excites : imo nec pectus tuum ingredi necesse est. Si hæc non possis, quis se non posse amare queri poterit? S. Maria Ognianensis flebat millies & centies vno die natali genua. Dominicus Loricatus duodecim Psalmi continenter recitabat, cædens sele interea bere. Id de Ioanne Taxedo Hispano, Ordinis

August. lib  
50. hom. 6.

Jacobus à

Vitriacoli.

1. vita eius

apud Suriũ

Mm 3

dinis



*B. Petrus  
Damian.  
li. I. epist. 19  
ad Alex  
Papam.*

dinis D. Francisci, (qui anno 1550. obiit Valliso-  
icci) reuelationibus, raptibus, rebusque præ-  
clare gestis, & (quod caput est) virtutibus in-  
clyto, narratur: certo tempore illi sole mne fa-  
ille, centies noctu & centies interdum genua-  
ctere, & recitata oratione Dominica ac fabre-  
tione Angelica meditationem de aliquo Christo  
Domini mysterio instituire.

Si vero nos duplicemus quotidie quinquagies, annis sexaginta actus intensissimos. Car-  
tis eliciendo, vt Beatam Virginem forte & quæ-  
ries annisque pluribus fecisse putandum est  
quem numerum putas conficiemus? Pater Cl-

*In e. I. Spha  
ra Ioan à  
Sacrobosco,  
sub finem.*

stophorus Clavius demonstratiue ostendit  
numerum quem ponit quinquaginta-digiti-  
cifrarum tantum, longe maiorem esse numerum  
arenularum totum mundum vsque ad coccy-  
firmamenti replentium, etiamsi arenulae tan-  
xiguae essent, vt decem millia efficerent  
taxat sphaerulam grano papaueris equalem  
scunt enim numeri facile additionibus, &  
cifra multos millones potest efficere. An-  
nostra infinitorum graduum gratia & P E R F E C T I O N I S capax est, sine mensura augeri  
potest. Dolebimus certe, cum ad vitam aeternam  
intrandum erit, nostramque inculabimus  
cordiam, quod occasiones augendi peculi-  
stri neglexerimus. Mirabimur tot gradibus

*Luc. 16.*

ab infinita Dei P E R F E C T I O N E abesse.  
beatos nos præcedere, subsequi perpaucos.  
Vere filii huius seculi prudentiores filii lucis in gene-  
ratione sua sunt. quot artificijs, quot indull-



virtutem ad augendas opes, ad rem suam promovendam!

In silva non ignota mercator quidam pro sum-  
matione admodum notabili emit quercus ca-  
pitem, ut tot sibi prosterneret, suasque faceret, quot  
die ab aurora ad vesperam usque posset si-  
gere siluestri malleo. Contractus initus est.  
Observavit in primis emptor præstantissimas  
resque cum otio: locaque designavit quibus  
vendendis compendiose ordinem servaret: ex-  
spectavit dies longissimos, & ab aurora ad ve-  
esperam usque, ascitis aliquot sociis, quorum  
nonnullus panem vinique lagenam confere-  
bat, pæne totam silvam, quæ longitudine duo  
milliaria superat, latitudine non omnino æqua-  
læ quercibus spoliavit, incredibili domini dam-  
no. Has industrias filii lucis prætermittimus:  
quis enim adeo mane surgit, ut ad vesperam us-  
que salutis suæ negotia promoveat, ut insigni  
commentatione defectus suos observet, altas  
quercus superbiæ, amoris proprii, iudicij tena-  
cioris, pernicitatis voluntatis, avaritiæ, iræ de-  
struat, imo & prosternat? *Omnis qui in agone con-*  
*cedit (ut & mercatores isti) ob omnibus se abstinere:*  
*ut illi ut corruptibile lucrum recipiant, nos au-*  
*tem incorruptum: & dormimus, & incurii lan-*  
*quam nemus? Possimus tamen nullius damno aut*  
*inconmodo, nostro vero commodo maximo,*  
*Deique summa voluntate, hoc pactum cum Deo*  
*facere, hunc contractum persequi ac comple-*  
*re. Quid ni facimus? Si à summo mane ad vespe-*  
*ram usque pravam aliquam consuetudinem*

*Varia exem-  
pla, quibus  
ad lucrum  
spirituale  
excitemur.*

1.

1. Cor. 9.

Mm 4 vel



vel habitum pœnitentię malleo concuteremus, caueremus certe lapidem illum, (quid nisi si gurta repetita cauare possit?) multas virtutes consequeremur. Lugebunt damnati ob penas quas sentient: lugebunt & socordiam, quæ pretium hoc incomparabile perdiderint, & gloriam societatemque beatorum amiserint.

2.

Cogita si te Rex in ærarium suum induceres, potestatemque faceret vno quadrante horæ: ducendi ex eo quidquid diuitiarum velles: quæ sedulitate, quo ardore id perficeres! dormitres (quæso) ederes? numerares tuas tenues penurias? contenderes verbis? excusares te? Hæc fac dum viuis, quia vita nostra vt momentum statera est: ærarium Regium tibi apertum est. *Quodcumque facere potest manus tua, instanter operare: quia nec opus, nec ratio, nec sapientia, nec fortitudo erunt apud inferos, quo tu properas. Nihil tu perdetur, nisi quod neglexeris. Age dum potes breui non poteris: quia vbi quarta illa hora pars excesserit, claudetur tibi Regium ærarium.*

Eccle. 9.

3.  
4. Reg. 4.

Si mulier illa, quæ auctore Eliseo comparatur sibi vasa non pauca, putasset oleum tam fortitate fluxurum, nonne longe plura vasa comparasset, quibus egregie potuisset locupletari haud dubie. Id sane nullus mercator pretermitteret, si Propheta quispiam hæc ei facultatem offerret. Defectus ergo non ab oleo, sed a vale prouenit. Tot vasa in nobis sunt, quorum virtutes: sed iis non vtimur, perinde ac si eas non ha-



habere. Sapia oleum effundit, & pe-  
nit. Da mihi aliud vas: & respondes, Non ha-  
beo: & bene: quia virtutibus aut cares omnino,  
aut abuteris: quas si haberes dilatatas ac paten-  
tes, non deesset oleum quod illas repleret. Et  
ne Deum accuses, quasi vas tibi non dederit: de-  
dit utique: sed vel nescis te habere: vel si scias, nō  
gratis: imo eius loco vitio contrario replevis,  
quod vsu huius excellentis vasis excludit.

Sed ad institutum redeat oratio. Statua-  
mus tantum nos in spirituale lucrum velle intē-  
dere, modumque quæramus. Difficile nam-  
que est, excellentissimo quoque modo opera-  
ri, nisi industrias supraallatas sequamur: imo  
admodum difficile homini est, extota habitus

PERFECTIONE operari. Duobus tamen mo-  
dis videtur fieri posse vt id consequamur: Pri-  
mo, vt a iuuentute, dum mollior ac tenerior  
nimis est, hanc mamillam fugere, atque inti-  
mis medullis Deum complecti: aut certe, si an-  
nos illos excessimus, longo vsu internis operi-  
bus, iisque frequentibus & incensis, insistere  
assuescamus. Vis enim omnis ab homine inter-  
no prodire debet: nec prodibit, nisi impressa  
fuerit: nec imprimetur, nisi exercitio atque a-  
ctibus assidue repetitis, vt latius libro secundo  
dicturi sumus. Altero, vt feruenti prece Deū in  
auxilium nostrum adsciscamus. Si enim nos vi-  
sitauerit: auxiliumque adiunxerit: quod sum-  
ma difficultate vix valemus, nullo negotio con-  
ficiemus. Ad quam visitationem seu gratiam a-  
ctuale obtinēdā plurimū valet orationis studiū.

Modus ope-  
randi ex 19  
ta latitu-  
dine habi-  
tus duplex.

1.

2.

M m s Est



*Orationis  
laus.*

Est enim oratio clavis cœli, ostium benedictionis, per quod lumen cœleste ac diuina solatia inferuntur: est scala, per quam cœlum conscendimus, & è cœlo auxilia accersimus ac reportamus: quæ si affluerint, haud difficile erit intensissime ac feruentissime agere, & incredibiler beneficia parta nouis accessionibus cumulare. Si enim gratia illa excitans eiusdem amplitudinis fuerit cum habitu, ea adiuta facultas laborem non sentiet: si vero excedat virtutis insitæ quantitatem ac intensiorem, & ex illius plenitudine ac PERFECTIONE optus intendas, crescet habitus non ad mensuram quæ constabat, gradus duplicando: sed actus cum gratia adiuuante elicitus tot ei gradus conferat quot actus ipse continebit: vt si habitus gradus centum nec plures habeat, superueniente auxilio mille gradus intenso, quo actus consentiens ac conformis eliciatur, habitus ad mille gradus extendetur. Quare magni momenti est, consolationibus illis cœlestibus imbui & abundanter nullaque occasio prætermittenda est eas conueniendi, vitandaque omnia obstacula, & maxime peccatorum quantumcumque exilium, propter quæ merito hisce auxiliis priuari meremur. Minimus puluisculus oculum lædit, & conscientia mentisque suauitatem leuis culpa exterminat.

*Peccati venialis detrimenda.*

*Gal. 6.  
2. Cor. 6.  
Eccl. 14.*

54. Quapropter vt finem faciam, (nam de hoc ce dicendi locus ad Praxim pertinet) dum tempus habemus, operemur bonum. Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis. Sapiens quoque nos monet



monet: Non defrauderis à die bono, & particula boni  
 non te praterat. Præuideamus diem illum,  
 quo nos oportebit coram iudice rationem a-  
 ctionum gratiæque acceptæ reddere: cogite-  
 mus quid respondere debeamus: quod sapien-  
 tis omnino est. nam qui custodit præceptum, non ex-  
 perietur quidquam mali. Tempus & responsionem cor-  
 sapientis intelligit. Viget Apostolus Paulus ut  
 omnis sollicitudine non pigri, spiritu feruentes, Domi-  
 feruentes: caute ambulemus, non quasi insipientes,  
 sed ut sapientes, redimentes tempus, quoniam dies ma-  
 le sunt. Quod sapientissime S. Ephræm iuxta  
 copiosissime inculcat. Piscis, ait, in aquis constitutus  
 si captus perruperit rete, seque in fundum impulerit,  
 saluatur: at cum extractus in terram fuerit, sibi  
 amplius opem ferre non potest. Sic & nos, donec in  
 mundo versamur, potestatem à Deo habemus disrum-  
 pendæ nobis vincula earum rerum quas cupit inimi-  
 cus, abiciendique graue onus peccatorum per pœni-  
 tentiam, & saluandi nos in regnum cælorum: at si tre-  
 mendum illud præoccupauerit edictum, & anima è cor-  
 pore egressa fuerit, corpusque in sepulchrum illatum,  
 non amplius nos ipsos iuuare poterimus: quemadmodum  
 neque piscis ab aquis extractus, & in vasculo conclu-  
 sus, sibi amplius opem ferre potest. Demus ergo ope-  
 ram, carissimi, ut laqueos inimici bonis euitemus operi-  
 bus, antequam veniat & illucescat dies illa magna, in  
 qua reuelabuntur quacumque in occulto & tenebris  
 egimus. Ne igitur expectemus donec mors aduene-  
 rit, ut non confundamur in resurrectione, mortua-  
 rum, quando amicti conspicientur sancti stolis can-  
 didis, quas sibi per bona pararunt opera. Si nos ipsos  
 tunc

Eccl. 8.  
 Rom. 12.  
 Ephes. 5.  
 Tomo. 2 in  
 adhortat.  
 3 de virtu-  
 te ad noui-  
 tium Mo-  
 nachum.

edictum  
 perruperit  
 rete



tunc conspexerimus non solum respondente nudatos gloria, verum etiam denigratos ac fœtore plenos, quales putas nos occupabit confusio? Despiciendum nobis prave concupiscenitæ opus, & pro re nihili ducendum: vnicamus exiguam illud pietatis amore, & ne in minimo cernamur reprobis. Magnum naufragium peccati operis & quisquam erit qui tantam iacturam pro nihilo patet? Enitatur igitur ne tali tantoque periculo succum-

Hom. 13. in  
Euangeli-  
ca.

Eccle. 9.

bamus. Hæc B. Ephræm: Diuus vero Gregorius in eandem sententiam sic ait: Quia momentum suis hora fugiunt, agite, fratres carissimi, vt in boni operis messe detineamur. Audite quid sapiens Salomon dicat: Quodcumque potest manus tua facere, instanter operare, &c. Quia ergo & venturæ mortis tempus ignoramus, & post mortem operari non possumus, superest ante mortem tempora indulta rapiamus. Sic enim sic mors ipsa, cum venerit, vincetur, si, priusquam veniat, semper timeatur.

Haftenus fundamenta iecimus PERFECTI-  
TIONIS acquirendæ: eam opportune ipsa  
quã altero libro trademus, praxis docebit, De-  
duce & auctore, qui haftenus manum nostram  
tenuit, ac direxit: cui merito, vt omnia, sic & o-  
pusculum hoc nostrum adscribimus, rerum con-  
nium principio ac fini, meritis Domini nostri  
JESU CHRISTI, qui seruis suis  
pem suam inuocantibus non denegat: cuius  
vnitate Spiritus S. sit laus & gloria an-  
nis perennibus.

A M E N.